

Dñica xviij. post trinita.

intrasset. ipsa apprehenso eius pallio suo. Por-
mi meū. Qui nequaquam acquiescēs operi nepha-
rio fugit relicto pallio apud eam. Hec videns se
contemptam conquesta est viro suo. accusans
Joseph de ausu impudico. et quod eam violenter vo-
luit oppressisse. In cuius argumentum ostendit
ei pallium derelictum. Obutifar nimis credul⁹
verbis vxoris misit eū in carcerem. Ecce quod sur-
rexit ad sollicitudinem continentie. et potius vo-
luit carcerem sustinere. quam mulieri nequam con-
sentire.

Dñica. xvij. post trinitatis. Sermo primus.

Dñm intraret

Iesus in domum cuiusdam pharise-
orum sabbato māducare panē. et ip-
si obseruabāt eū. **Luc. xiiij.** Sol naturalis diri-
git radios suos indifferent sup fetida vt cada-
uera et etiā sup pulchra vt aurū et argentum nec
tñ ex fetidis maculatur. nec ex pulchris pulchri-
or efficitur. licet splendens in aurum radios di-
spargat clariores. iuxta illd. **j. Dachab. vi.** Re-
fulsit sol in clipeos aureos et resplenduerūt mō-
tes ab eis. Spūaliter per solem intellige christū
propter duo. videlicet ratione sue incarnationis
et ratione sanguinis effusionis. Primo quidem
ratione felicissime incarnationis. Sicut enī sol
sine lesione oculorum respici non solet sed si nu-
be tegatur que non est nimis grossa delectabili-
ter iam videt. Iuxta illud **Eccl. xij.** Dulce lumē
et delectabile est videre oculis solem. ita dei fili⁹
in sue nature puritate. videlicet deitate ab ocu-
lis mortalibus non potuit videri. Quia Johan-
nis. **j.** deum nemo vidit vnquam. Et magister libro
ij. dist. viij. ca. ij. Deus in specie sue essentie nun-
quam mortalibus apparuit scilicet visibilis. Ideo
volens se hominibus visibilem exhibere nubem
humanitatis nostre de virgine sumptā se inuol-
uit cooperante spiritu sancto. Et sic per prophe-
tam fuerat dictum **Ezech. xxxj.** Solem nube te-
gam. Secundo ratione sanguinis effusionis quā
enī ita est quod sol rubet de mane in ortu suo signū
est tempestatis sequentis. Et quando rubet i oc-
casu signū est serenitatis. Iuxta illud **Matth.**
xvi. Facto vespere dicitis. serenum erit. rubicū-
dum est enim celum. Et mane facto. Hodie tem-
pestas erit. rutilat enī et triste est celum. Sic cir-
ca christum accidit. Nam post ortum sue natiui-
tatis statim rubor apparuit quando die octaua
circumcisus fuit. et sanguineus roseū effudit **Luc.**
ij. Et istum ruborem tempestas valida sequeba-
tur per diem vite sue. nunc in verbis contumeli-
osis. nunc in inimicijs et c. Et hoc predixit p̄s.

In circūitu eius tempestas valida. In occasu
etiam istius solis apparuit rubedo magna quā-
do totum corpus effluxit sanguine flagellatum
clauatum. lanceatum et spinis coronatum. Sed
iste rubor fuit signum future serenitatis in resur-
rectione et tranquillitatis perpetue. iuxta illud
Lob. iij. Post tempestatem tranquillam facis.
et post lachrymationem et fletum exultationē in-
fundis. Ecce habes quod christ⁹ soli compa-
ret. Iste quidez sol spiritualis licet ex sua pietate radios
sue conuersionis direxit ad peccatores vt eo
lucraretur. non tamen per istos maculam pra-
xit. nec cōuersionē habens cū bonis videlicet
discipulis melior est effectus. Sic et in p̄nti euā-
gelio legit quod manducauit cum peccatoribus et
phariseis in quo tria principaliter tangit euā-
gelista. **s. Sobriā christi manducationē. ibi. mā-**
ducare panem. Piam hydropici sanationē. ibi.
ipse apphendit et sana. Impiā phariseorū obser-
uationē. ibi. et ipsi obseruabāt. Primo ergo tan-
git christi sobriā manducationē cū dicit. Lū itra-
ret iesus in domū. et c. Ubi nota. clibanarius vo-
lens furnū purgare scobā ponit pri⁹ i lutū. dein
de ponit ipsaz ad madefactionē in furnum ne in
cendio concremetur. Sic facit moraliter diabo-
lus. ponit enim humanū corpus in lutum crapu-
le aut gule vt facilius ponat illud in fornacēz li-
bidinis. vt sic incendat. non incendit que in sta-
tu abstinentie et sobrietatis viuūt sed abhorret
figura enim habetur Gen. xix. q. Loth existēs
in Sodomit perpendit sodomitarū incendia et
fugit. Sed vino crapulatus et inebriatus i mon-
te cum proprijs filiabus commisit incestum. nā
vt ibidem habetur maior filia dixit ad minores.
Pater noster senex est. quasi diceret. Aito defi-
ciet et virtus generandi. et nullus virore re-
manet in terra qui possit ingredi ad nos. Cre-
debant enim vt dicit Nicolaus de lira. quod sicut
per diluuium omnes perierunt. ita et incendio.
Ideo habuerunt piā intentionem. videlicet
conseruationem generis humani. licet malo me-
dio vellent ad hanc venire scilicet per incestūz
cum patre quod est detestabile. Veni inquit ma-
ior. Inebriemus cum vino. Glosa. quod nobis-
cum portamus. Et dicunt aliqui quod filie Loth
in isto vino misuerunt aliquid siue aliqua q̄ ha-
buerunt virtutem inebriandi et prouocandi ad
coitum ignorante patre. Et sic dormierunt cuz
eo. Spūaliter autem sic fit quod homo inter ere-
bras demonum temptationes non potest incen-
dis libidinis maculari si saltem sobrietatis
clipeco se defendat. et tamen inebriatus vel ali-
as depastus bene in luxuriā cadit. Sicut pa-
ter de quodam heremita de quo scribitur in Vi-
taspatrium quem diabol⁹ grauitur impugnauit.

et heremum dimitteret et ad seculum rediret. et diu eum temptas vincere non potuit. Tandem victus ad seculum rediit. Qui dixit diabolus. Hodie promitte mihi facere quod volo et dabo tibi omnia que optas bona mundi. Qui promisit. Et diabolus. hodie inquit mortaliter peccare te oportet. Qui dixit se nequaquam hoc posse facere. quia diebus vite mee nunquam mortaliter peccaui. Qui diabolus. Si non vis facere quod volo iam peccasti mortaliter quia voti fractor es. Quod ille audies dixit. Quid vis ut faciam. Ille ait. aut luxuriare aut inebriare. aut homicidium perpetrare. Peremita cogitavit quid faceret quod minus peccatus esset. elegit inebriari. Postquam autem ebrius factus fuit desideravit luxuriam cum hospita. Quod et factum est. Veniens igitur maritus volens nepharium impedire. heremita in eum preualuit et occidit. et sic omnia tria peccata perpetravit. Ideo dominus nos sua sobria refectione in presenti euangelio ad sobrietatem exhortatur. quia intravit in domum manducare panem. ubi non fit mentio de alijs cibis aut potibus. Ad sobrietatem hortatur apostolus ad Timotheum. ij. Sobrie iuste et pie vivamus in hoc seculo. Sobrie ad nosmetipsos. Iuste ad proximos. Pie ad deum et sanctos. De hac sobrietate loquitur Hieronymus ad Eustachium virginem. O filia si apostolus castigavit corpus suum et in servitutem redegit. quomodo tu suavicula adhuc in fervore iuventutis posita dapibus. et vino plena de castitate eris secunda? quasi diceret. Deberes enim esse semper sobria. Item hanc etiam commendat Origenes in omelia xxxvii. Sobrietas omnium virtutum mater est. Ubi ulterius est notandum. duo distinguuntur officia sobrietatis. Unum est cauere excessum in appetitu. Seneca. Bibe inquit citra ebrietatem. Et saluator Luc. xxi. Attendite inquit ne grauentur corpora in ebrietate aut crapula. Crapula quandoque sumitur pro excessu in cibo vel in potu. Unde et ceteri xxxvi. Propter crapulam multi perierunt. Qui autem abstinentes est adiciet vitam. Et in psalmo. Tanquam potens crapulatus a vino. Similiter nomen ebrietatis quoque sumitur pro excessu in potu solum. ut Roma. xiiij. Non in comestationibus et ebrietatibus. Quoque sumitur pro excessu in cibo et potu. Et notandum quod sobrietas non ponit modum vel mensuram solum circa quantitatem cibi et potus. sed ponit modum quantum ad omnes circumstantias. Qui enim sobrius est sumit cibum et potum quantum debet. et quantum quomodo debet. Et ponunt doctores quinque officia sobrietatis. Primum est ne statim prandendi terminum perveniamus. Qui enim tempus pervenit non expectando donec salsa. id est. fames preparata sit. Ideo in scriptura cibum comedit. Unde et ceteri. x. Beata terra cuius rex nobilis. et cuius principes comedunt tempe-

suo. Per oppositum dicit ibidem. Ne fere huic cuius rex puer est. Glo. moribus et sensu. et cuius principes mane comedunt. id est. inordinate. quia in hoc contingit gula quam homo debitam horam prandendi pervenit. et qui diebus dominicis et festiis comedunt et bibunt antequam predicationem et missam audierunt. sicut patet in Ultraspatrum li. ij. c. iij. Quidam frater impugnabatur a demonibus ut statim hora diei prima tantam famam ei faceret ut penitus non sustinere posset. dicebat tamen in corde suo. quia oportet me vel usque ad tertiam expectare. et tunc cibum sumere. Cumque fuisset hora tertia idem dicebat cogitationibus suis. Etiam oportet me sustinere usque ad sextam. Cumque venisset hora sexta ponebat panem et aquam. et sic ad nonam expectavit. quia veniente secundum consuetudinem omnes horas compleverat. et ponebat ut comederet. Hoc per plures dies sustinuit. et quadam die cum sic sustinisset ad horam nonam. de sportella in qua panis iacebat exire fumum magnum egredi per fenestram celle videbat. Itaque ex illa die non esurivit sed cor eius roboratum in abstinentia fuit. utinam etiam nostri voratores sic expectarent. et sic gulam domarent. ne postea in inferno famem sustinerent ut dixi super a. xliiij. l. Secundum est ne cibos lautiores queramus. quia christus manducavit panem. nec de lautis cibis curavit. quia dicit Sapiens Initium vite hominis panis et aqua. Eccli. xxxix. Ubi per panem et aquam intelligit glo. cibum et potum moderatum. Nam frequenter in scriptura panis nomine et aque intelligitur omnis cibum generaliter et potus. Unde. iij. Reg. vi. dicit. Appone eis panem. Et sequitur. Et apposita est eis magna ciborum preparatio. Et sic habet dicitur de christo quod intravit ad phariseum manducare panem. id est. cibaria sibi apposita et tamen moderate. Et ideo dicit Seneca. Uictus sit tibi ex facili re nec ad voluptatem. sed ad cibum attende. Palatum tuum fames excitet non sapores. Tertio debet perpendi cibos studiositatem cauere. Studiosi cibos preparare est hostis nostri gladium acuire. Cibum enim delicatus est gladius quo caro nititur contra spiritum et sic homo qui delicate comedit gladium in manu fuit sui ponit vel tribuit cum quo ipsum occidit. et certe magna abusio est ut dominus tantam libertatem suo tribuat ut ipsum vberet et occidat. Moraliter autem spiritus noster dominus est. Iuxta illud Aristoteles. iij. eth. Nos inquit sumus domini videlicet secundum spiritum nostrarum operationum a principio usque ad finem. Sed corpus nostrum est servus. deberet enim servire deo et obedire spiritui. Quia dicit Augustinus. li. soli. Exteriora namque pro corpore creata creasti. corpus propter animam. animam propter te. Ne igitur servus si studiosi et delicate nutrit videlicet corpus domini. id est. spiritus

Dñica xviij. post trinita.

prosequitur. Quia dicitur **Proverb. iij.** de corpore. Qui delicate. i. in delicijs nutrit seruū suū id est. corp⁹ fm **Basiliū.** postea sentiet eū p̄tūmacē. i. rebellē z indomabilē. Ideo domandum est corp⁹ moderate p̄ abstinētiā ne spm̄ verberet z occidat. **figura** **Gen. xviij.** legitur q̄ **Ismael** filius **Agar** male verberauit **Isaac** filiū **La-**re sponse **Abrae.** Quod ip̄a **Lara** moleste ferēs z accepta potestate a viro suo afflixit **Ismael** et matrem eius pane z aqua. z vtrūq; repellēs tandem a sede. Propter quod **Agar** humiliata nimis simul cum filio suo domū restituta ē. Moraliter p̄ **Laram** que interpretat̄ orientalis significatur anima que cū opus bonū ad p̄summatiōē deducit ipsum **Isaac** q̄ interpretat̄ gaudiū genuit. quia gaudiū ē deo z angelis ei⁹ super vno peccatore penitentiā agente **Luc. xv.** Sed per **Agar** que interpretat̄ solennitas vigilie notatur corp⁹ vel humana caro q̄ de festo sequētis gaudiū nihil curat. dūmodo tm̄ posset hic solennitate re vigiliā. Filius aut̄ appetitus est carnalis. Et hic appetitus inuadit filiū libere. i. sanctū aīe. p̄positum. nec sunt aliquando in pace. S; carnalis appetitus nititur sanctum anime p̄positū tradere spiritali mortī. Sed hoc anima sponsa christi nullaten⁹ debet ferre cum p̄tatem super carnē z ei⁹ appetitū habeat iuxta illud **Gen. iij.** Subter te erit appetitus ei⁹. s. carnis dicit dñs ad aīam. q. d. Tu potes deuincere peccatū. qz nullus peccat nisi volens. Affligat enim eaz pane z aqua. moderate reficiat. z interdū p̄ ieiuniū castiget. vt depositis vitijs subdat aīe cum omni suo appetitu. Quia dicit **Ambr. lib. j.** de offi. Ieiuniū est mors culpe. exiliū delictorum. remedium salutis. radix gratie z fundamentū castitatis. Quartū ē nimīū appetitū cibi et pot⁹ frenare. Quia dicit **Aug.** fieri potest q̄ sine aliquo vitio cupiditatis vel voracissima preciosissimo sapiens vtatur cibo. Insuper autem fetidissime gule flamma in vilissimum cibum accenditur. Et sacros quisq; more domini maluerit p̄scis vesci q̄ lenticulā more **Esau.** Non propter ea continētiores sunt nobis plerq; bestie quia vilioribus escis aluntur. Quintum est mensurā refectionis nō excedere. Quia dicitur **Ezech. iij.** Cibus tuus quo vesceris erit tibi in pondere. Circa hoc queritur vtrum omnis excessus ī cibo vel potn destruat virtutes sobrietatis. Ad hoc dicit **Guilhelmus** q̄ duplex est modus siue mensura pertinens ad sobrietatem. Unus attendit̄. in cōmensuratione nature. vnde mensurate sumit cibum et potum qui sumit quod necessarium est. et iste excessus potest esse venialis z mortalis. Vnde non omnis excessus destruit virtu-

tem sobrietatis. Alius modus attendit̄ in comparatione boni temporalis ad eternum. vnde fm̄ hunc modum seruat quis in sumendo cibum z potum quando temporale bonum non p̄feret v̄lequat eterno bono. Immoderate vero habet se sumendo cibum z potum cum temporale bonum p̄feret vel equat eterno. Et talis excessus mortale peccatum est z destruit virtutem sobrietatis. Et hoc quo ad primum. Secundo in verbis p̄allegatis tangit impiam phariseorū obseruationem. id est. inuidiam vel detractionem cum dicit. Et ipsi obseruabant eum. id est. inuidi insidiebantur ei z detrahebāt factis suis. Dicunt naturales. **Arus** cadens de arboze quam vt caperet poma ascendit. iratus omnes quos poterit ramos arboris satagit vngulis dentib⁹ q; laniare. Moraliter per vsū intellige iudai cam peruersitatem z prauitatē. Iuxta illd̄ **Trenorū. iij.** **Arus** insidians factus est mibi. Sed per arbozem subaudi fidem robustam. Iuxta illud **Matt. viij.** vbi granum sinapis creuit ī arbozem magnam. Quia fides catholica creuit q̄ prius abiecta videbatur. Ab hac arboze fidei solida cecidit iudaica gens. quia christo eis fides predicante credere ei noluerunt. Idcirco moti inuidia videntes christum exercere opera pietatis. videlicet in resurrectione mortuorum. illuminatione cecorum. expulsionē demoniorum. mundatione leprosorū. z sanatione hydropicorum. ipsum velut rāum viridez lacerare detractionibus satagebunt. Ideo ipsoz inuidia significatur. **Danielis. viij.** per bestiaz que exibat de mari. et habebat tres ordines dentium in ore z lacerabat carnes. Quia inuidia eorum proces sit ab amaritudine diaboli. Quia inuidia est secundum peccatū diaboli. a qua statim nata est inuidia que fm̄ **Aug.** de verbis domini est filia superbie. Sed ista mater nescit esse sterilis. vbi enim fuerit continue parit. Soffoca matrem et non erit filia. Istam filiā bestialē scz inuidiā diabolus phariseis tempore christi desponsauit. q̄ quidem habuit tres ordines dentium. quia eum adulatorie inuitabant vt ei insidiarēt. vt hic. ip si obseruabant eum. Secundo eum detractorie diffamabāt. vt scilicet famam eius coram vulgo denigrarent. Tercio vero eum nugatorie accusabant. vt ipsum ad mortem cōdemnarent. Sic moraliter his tribus ordinibus dentium similiter adhuc multi inter christianos (vt taceam de phariseis) vtuntur. Primo quidem dulci adulatione. Sed dicunt medici. quia omne dulce est opilatiuum. et ratio est. quia stomachus nimis delectatur in dulci. ideo nimis diu in se retinet. et non vult singulis membris participare

ideo obest corpori. Item optimum est oppositū
eius amarum. q̄ purgat stomachum. Hinc ē q̄
omnis medicina vt in plurimū est amara. Mo-
raliter dulce est audienti de se audire bona dici
est sibi velut in ore ipsorum adulatorum. sed ta-
men viscera eius replētur languore. Quia dicit
Breg. in omel. secunda super **Ezech.** Nihil est
q̄ tam facile corrumpit mentes hominū vt adu-
latio. Plus enim nocet lingua adulatorum q̄
gladius persecutorum. Quia dicit **Beda** super
Lucam. Ipsa peccati nutrix est adulatio sicut
oleum in lampadibus flammis ardentibus so-
mentum solet ministrare. Ideo fugienda ē adu-
latio. et potius recipienda est correctio. que
licet auribus sit amara. repellit tamen opilatio-
nem peccati. Quare scriptum fuit **Leuit.** v. vt ī
sacrificiū sal ponerent et non mel. Spirituali-
ter deo sacrificiū facimus quando ob ei⁹ amo-
rem aliquid boni agimus. In his ergo nec ipsi
glorietur. nec hominū laudes recipere debe-
mus. sed potius argui a peccatis et increpari.
nostri multis delictis. sicut beatus **Aug.** lib.
v. de trini. Magis inquit optabo a quolibet re-
prehendi q̄ adulatorie laudari. Nullus enī re-
prehensor est formidandus amator veritatis.
Laudator vero errat et confirmat errorem. Et
Petrus rauē. in quadam epistola. Sal corre-
ptionis in omni sacrificio reprobat. Est autē
adulator similis falso medico vel pessimo q̄ pes-
sime facit pro egro. videns vulnus insanie ple-
num. claudit illud ante plenam purgationem. li-
cet hoc videat aliquando placere egroto. Est
enim dulcius aliquando subire mortis pericu-
lum. q̄ sustinere amarum remedium. Sic mora-
liter adulator est pessimus vt dixi medicus. Vi-
dit enim aliquando mūdi diuites tumescere vul-
nere superbie. Et remedium de quo loquitur p̄-
pheta dicens. Increpasti superbos. vult obmit-
tere. claudit enim vulnus aliquando per adula-
tionis emplastrum. et sic viscera repleta elatio-
nis putredine ad eterne mortis interitum festi-
nant. Quia dicit **Esa.** iij. Popule me⁹ qui te be-
atū dicunt. ipsi te decipiūt. Figura tertio **Reg.**
xxv. **Achab** rex hierusalem noluit credere **Mi-**
chee prophete domini. Sed adherens prophe-
tis falsis ingressus est p̄lium contra regē **Sy-**
rie. percussus est inter stomachum et pulmonem
et mortuus est vespere. et canes lingebāt sangui-
nem eius. Spiritualmente per **Achab** regem no-
tatur quilibet homo qui regnum suū regere de-
bet. Per **Micheam** notatur ver⁹ corrector. ve-
re viuere cupiens debet appetere corrigi. debet
q̄ ipsi⁹ increpationes patienter sufferre di. cum
ps. Corripiet me iust⁹ in misericordia et increpa-
bit me. Et p̄ falsos p̄phetas intellige adulator-

res implentes aures hoīm laudib⁹ falsis. vt sic
decepti regi celi se apponant. Sed percussus sa-
gitta diuine sententie corruunt. in hora mortis
tunc canes infernales multa auiditate sanguinē
ipsorum bibent. et sic cognoscere poterint quali-
ter decepti sint blanditijs laudatorum. Dicit
enim **Seneca** epistola. xl. de **Alexandro.** **Alexā-**
der enim cum in obsidione cuiusdam ciuitatis
esset sagitta quadam vulneratus. cum igitur re-
sparso sanguine sicci vulneris dolor cresceret et
crus obstupisset. assistenti ait. Omnes mōstrāt
me esse filiū **Iouis.** Sed vulnus hoc me cē ho-
minem claret. Ecce quomodo percussus adula-
torū medicinam qui cognoscebat qui ante vul-
nus nullatenus aduertebat. Secundo quidam
vtuntur mordaci detractioe. Aliqui enim ca-
nes adeo sunt vt semper turpibus vescantur. re-
fumentes vomitum et omnem immundiciā co-
medunt ante blandiūt. Sic moraliter canes isti
immundi significant detractores. quorum lin-
gua ad turpia semper proximorum inuenitur fe-
stina. Blandiuntur in facie. et retro mordent de-
tractione. et semper replicant mala que pandūt
Nam legit. iij. **Reg.** ix. q̄ canes comederūt **Je-**
sabel. **Jesabel** interpretatur sterquilinum. **Naz-**
impudici detractores stercozibus. id est. huma-
nis peccatis et immundicijs delectant^r velut qui
reguli dicuntur latrinarum purgatores. nā illa
stercoza portantur in spatulis. Isti vero tantū
in lingua. Vi enī canes neminē illesum p̄mittūt
Non enim subterfugiat qui eorum morsus est.
Unde **Valerius** li. iij. **Modestia** felicitas ē que
malignantes dentes vitare possit. Nam christ⁹
vitare non potuit qui omnium sanctissimus fuit
Naz pharisei velut immūdi canes sibi detrahe-
bant. nā p̄pterea ipsum pascebāt vt sibi detrahe-
re possent. Et similes sunt aubus immundis q̄
cadaueribus vescuntur. vt sunt vultures. corui
que a sacrificio fuerūt prohibite. vt patet **Leui.**
ij. Sic tales pharisei detractores et alij eis si-
miles carnes primorū comedentes et lacerātes
merito dicunt^r immundi. quia oīm hoīm maliciā
portant in lingua. Nā si in vno hoīe cognouerit
multas vtutes nullā harū capiunt. s̄ obseruāt
si quid vitij vel turpitudinis sit in illo quo vesci
possunt. et si quid apprehenderint. illud dentib⁹
lacerant. In illo quidem delectantur. et in illo
requies eorum. vel p̄ferunt vel ampliant et per
illud alia bona acta extinguere conantur. Nō
ne tales fuerūt iudei qui multas virtutes ī chris-
to viderunt. et tamen nullam earū sed semp ma-
liciose obseruabant an possent aliquid reprehē-
sibile deprehēdi. sed nō potuerunt. quia pecca-
tum nō fecit. nec inuentus est dolus in ore eius
Esa. liij. Noli esse in conuiuijs peccatorum. neq̄

Dñica xviij. post trinita.

comedes cum eis qui carnes ad vescendum cōferunt. **Que** verba exponēs **Greg.** xix. moral. **C**arnes inquit ad vescendū conferre est in collationib⁹ vicissim vitia primorum enerrare. hi immundi munda spernunt et immūda amplectantur. figurati in coruo **Gen.** viij. qui missus de arca inuento cadauere requirit in illo comedens et fruēs eo. nec est amplius reuersus ad arcā. **Columba** vero etiam emissā reuersa est ad eā. **Spiritualiter** per hanc vitam simplices volant et detractores hinc inde. **Sed** detractor inuento putredine alicui⁹ culpe residet illi. **Illa** vescitur et illa pascitur. et ad consortiū sanctorū venire cōtemnit et obliuiscitur. **Sed** homo simplex fugit illa. **Sed** inuentis seu visis virentib⁹ bonis operibus virorem inde boni exempli assumens conatur ad arcam diuine gratie bonorum operum alijs concitus volare. **Tertio** vtuntur aliq⁹ mēdaci accusatione. sicut interdum inuidi et mēdaces accusant bonos et innocentes. **Et** querit^r circa hoc. vtrum false accusatus vel mendaciter possit accusati iniuriam remittere? **Respondet** sanctus **Thomas** secunda scē. q. xlvij. false accusans spūaliter facit iniuriam accusato. **Et** si accusatus innocens fuerit potest iniuriam suam remittere maxime si ille non calūniose accusat sed ex animi lenitate. **Si** autem accusator ab accusatione desistat ppter aliquā collusionē cū aduersario tunc facit iniuriā reipublice. **Et** hoc non potest ei accusatus remittere. **Sed** hoc pertinet ad principem qui reipublice gerit potestatem.

De eadē dñica. Sermo secundus.

Ecce quidā

hydropicus erat ante illum. **Luc.** vbi supra. **Inter** oīa que homini infirmo sunt necessaria vnū est p̄cipuū. in medicum confidētia quia talis confidentia dat medicine operā. quia diffidentia dissipat medicinā. **Ad** qd̄ probandū scribit **Seneca** libro declarationum. q⁹ fuit **Rome** quidam habens filium. et post primā vxorez duxit aliam. que multum exosum habuit hunc filium. **Quod** aduertens pater misit eum ad studium. qui bene p̄ficiens in magnū creuit medicum. **Medicus** ergo factus incidit pater in languorem. **Igitur** filius eius vocatus et ab eo integre curatus. postea nouerca in eādē incidit infirmitatem. **Accersitus** filius ad eaz et curare non valebat. **Accusatus** ergo coram senatoribus q⁹ nouercam curare nollet. respondit filius q⁹ ideo eam inuare non posset. quia in eo confidentiam non haberet. **Spiritualiter** autem chri

stus est magnus medicus qui fm **Aug.** de celo venit. eo q⁹ in terris magnus egrotus videlicet genus humanū iacuit. **Iste** medicus sanat solo verbo. fm illud **Numeri.** xxi. **Tu** domine fmo q⁹ sanauit omnia. **Et** **Pap.** xvi. **Et** enim neq⁹ herba neq⁹ malagma sanauit eos. sed tuus sermo domine. **Et** debz legi malagma matis. tertie declinationis. **Et** dicitur a malato quod est maluz laxare. et comprimere herbas coctas cū oleo vel cum butyro v^l aliquo gumi. vel aliquas species cōmiscere cum emplastro. **Et** cum nullo tali sanauit christus medicus celozū. sed solo verbo imperando sicut patet de leproso. **Mat.** viij qui venit ad christum. cui ait imperando. **Volo** mundare. vbi mundare est imperatiuus vbi passui. quasi diceret. volo. sis mundus. **Quare** autem istos et alios infirmos ita leniter sanauit q⁹ in eum confidebant. **Sic** et iste hydropicus q⁹ ad christū pro sanitate accedebat patet quia in ipsum confidebat. **Quia** dicit glosa. **Ante** Iesum stetit hydropicus. quia virtutem medēdi cognoscebat in eo. **Ideo** coram ipso stabat ei⁹ expectans misericordiam. **Quem** pius dominus videns eius cognouit affectum. quem propter metum iudeozū exprimere nō audebat in die sabbati. ideo eum sanauit. de hoc dicūt verba euangelij. de quibus p̄ns erit sermo. **In** quibus duo tangit euangelista. **Primo** infirmi p̄sentationez ibi. **Acce** homo hydropicus. **Secūdo** ipsi⁹ curati onem ibi. **Ips**e apprehendit eū. et c. **Primo** tangit infirmi p̄sentationē. **Ips**e enī hydropicus se christo p̄ntauit et misericordiam ei⁹ expectauit. et hoc ibi. **Ecce** qdā hō hydropicus erat an illū. i. christū. **Ubi** nota moraliter per hunc hydropicum significant^r tria genera hominū. videlicet tumentū superboz. fetentiū luxuriosoz et cupientium auarozū. **Primū** ergo genus est tumentū superboz. et recte hi significant^r p^r hydropicos. **Quia** dicit **Constantinus** q⁹ hydropis ē error digestine epatis tumorem membrorum generans dū enī digestiua debilitatur in epate superfluitates generant in corpe que vigore expulsiue exterius transmissis mēbrozū inflationē generant. **Sic** supbia est error tumorē et inflationē cordis generans. sicut patet in primo angelo q⁹ errans a prima veritate que est deus in superbia est inflatus qui dixit **Isa.** xliij. **Ascendam** in celum et ponā sedē meā ad aquilonē. et ero similis altissimo. **Et** ipse sic errans in tumore superbie deiectus est de celo. et qua via illic reuertat^r ignorat q⁹ dicit **Dugo** de claustro aie. **Supbia** inquit nata est in celo. s. velut immemor q⁹ via inde recesserit. nec postea illic redire poterit. **Sic** multi homines errantes hoc tumore supbie qua via ad celum transire debeant penitus ignorāt. **Sz**